Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dominus possedit me initio viarum suarum.
antequam quicquam faceret a principio. Ab
eterno ordinata sum et ex antiquis: an
tequam terra fieret. nec dum erant abysssi: et
ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum
eruperant: nec dum montes gravi mole constite
rant. ante colles ego parturiebar. adhuc ter
ram non fecerat et flumina: et cardines orbis
terre. Quando preparabat celos aderam: cum do
ta lege et gyro vallabat abyssos: cum etheria
firmabat sursum et librabat fontes aquarum.
quando circumdabat mari terminum suum.
et legem ponebat aquis ne transirent fines
suos. Quando appendebat fundamenta terre
cum eo eram cuncta componens: et delectabar
per singulos dies ludens coram eo omni tempo
ludens in orbe terrarum: et delicie mee esse cum
filiis hominum. nunc ergo filii audite me. Beati
qui custodiunt vias meas. audite disciplinam
et estote sapientes: et nolite abicere eam:
Beatus homo qui audit me: qui vigilat ad fo
res meas cotidie: et observat ad postes ostii
mei. Qui me invenerit: inveniet vitam et
hauriet salutem a domino. Gr. audi filia. Alla
Stirpe maria regia procreata sequen. felix es sacra
regem genans celum. Laude digna angelorum
cum. Et nos peccatores tibi devotos invenere venia
Cum pios patrum mores ostentas inde sed excellis coelo
Patris tui salomonis inteluet sophia. Et ezechie
apud deum correctu sed numquam inde corrumpendum.
Patris vestre adimplevit te religiositas. Sumum